



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Regvlarvm Vtrivsque Ivris Cvm Ampliationibvs Ac Limitationibvs**

**Dueñas, Pedro**

**Venetiis, 1566**

Regvla CCXXXII.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63213](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-63213)

Hanc regulam ampliat nouem modis, & limitat tripliciter Lambertus in d. tract. in j. par. j. lib. artic. xv. vij. q. princ. nu. 10. fol. 66, column. ij. vers. ex omnibus.

REGVLA CCXXXII.

**EDICTVM** de presentando, dicitur permissum, vt quilibet admitti possit, dummodo in ecclesia vel locis pijs sit clericus, in alijs locis iuxta qualitatem eorum. Probat hęc regula per totum, de iure patro. & xvj. q. vij. ita tenet Lambertus, in tract. iuris patr. in par. ij. lib. in vij. q. princ. fol. 214. col. iij.

Hanc regulam ampliat vndecim modis, & limitat quinque modis, vbi multipliciter restungit has ampliationes & limita. Lambertus in d. tract. in j. par. ij. lib. artic. xvij. q. princ. nu. 7. fol. 221. col. 3. vers. ex omnibus dictis.

REGVLA CCXXXIII.

**ELIGENS** semel, non potest amplius eligere. Hanc regulam probat textus in l. serui electione. in prin. ff. de leg. j. in l. apud Aufidum. ff. de opri. lega. in l. si his qui. ff. de procura. in reg. quod semel de regu. iur. lib. vj. cum alijs. Circa quam regulam vide vltra Doct. in supradictis locis, vide Io. Paponis in gl. ad consu. Borbon. §. 480. Parisi. in consi. lxxxj. nu. 14. lib. j.

Hanc regulam cum sex amplia. & quatuor limitatio. ponit Ripa in d. l. serui electione, a nu. 1. vsque ad nu. 17.

REGVLA CCXXXIIII.

**ELECTIO** sola non tribuit ius electio. Hanc regulam probat textus in l. publius. ff. de condi. & demon. & in l. bene a Zenone. C. de quadrien. prescri. tex. not. in l. ex eo tempore. & ibi glo. quæ allegat plures concordantes, in verb. electi. ff. de milita. testa. Abb. & Doct. in c. postquam, de electio. not. Parisi, in consi. xix. nu. 16. cum alijs. vol. iij.

1. Limita primo non procedere in electione facta per principem, quo casu statim administrare potest, vt in l. j. in prin. ff. ad leg. Iul. de ambi. & in Auth. de collatori. in §. ad hæc iubemus. colla. ix.

2. Secundo fallit, quando superior habet necesse confirmare. Vt in l. si quos spontaneos. C. de decurio. lib. x. quia nihil videtur dare. l. vnum ex familia. §. si de Falcidia. ff. de lega. ij. alias secus. d. l. ex eo. & l. j. C. de confir. tuto. & in Auth. mari & auix. C. quando multier off. tute. fun. potest.

3. Tertio fallit, per inuestituram, vel proximam cinguli acceptio-nem: nam hæc est quedam confirmatio. Vt in l. si. ff. de mili. testa.

4. Quarto limita, procedere in consulatu, vel maioribus dignitati-bus:

R bus: